De homicidio.

Omicidium cayn primo cõmiſit qd deus grauiter puniuit cum tamen non eſſet in lege ſcripta prohibitum. Geneſis .iiij.

Occidit cayn abel. Moyſes egipcium. Exodi .ij.

Dauid golyam .i. Regũ .xvij.

Ioab abner .ij. Regũ .iij. et hoc doloſe fecit.

Herodes iohãnẽ baptiſtã. Math .xiiij. Marci .vi.

Petrus ananiã. Act .v. ꝓpt mẽdaciũ

Homicida reputat mortuus in aĩa Ideo dicebat rebecca timẽs ut eſau occideret iacob. Cur priuabor utroq filio uno die ſcz uno in anima alio in corpore. Geneſis .xxvij

Si zebee ⁊ ſalmana fratres gedeonis nõ occidiſſent nequaq̃ poſtea ab eodẽ fuiſſent occiſi. Iudicum .viij.

Abymelech occidit frẽs ſuos ſeptem ut ſolus regnaret ſed tamẽ ipſe modico tpe dominatus fuit et multa mala ſuſtinuit. Iudicũ .vij. ⁊ .viij.

Nam ſacerdos abymelech dauid fugientem confortauit ſaul eum cũ multis ſacerdotibus mulieribus et paruulis occidit .i. Regũ .xxij.

Occidi fecit dauid adoleſcentẽ q dixit ſe ſaul occidiſſe .ij. Regũ .i.

Ioab occidit abner in vltiõnẽ fratris ſui azahel quem ille occidit .ij. Regum .iij.

Fecit dauid uriã occidi ꝓpter qd dñs eũ grauit puniuit .ij. Re .xi.

Tantus horror fuit effundere humanũ ſanguinem q licet dauid optimus erat tamen dñs noluit q ipſe templũ edificaret .ij. Regũ .vij.

Quãuis ioab miles ꝓbus fuerit et dño ſuo valde fidelis tamen quia duos viros ꝓbioſe occidit fecit eũ ẽciã ſalomon occidi licet teneret cornu altaris .iij. Regũ .ij.

Ieſabel fecit naboth iniuſte occidi et nõ cauſa dei .iij. Regũ .xxi.

Duo pſbiteri qui volebãt ſuſãnã morti tradere iudicio danielis conuicti ã populo ſũt occiſi. Danielis .xiij.

Occidit triphon ionathan ⁊ duos filios eius cũ tamen recepiſſz a ſymone centum talenta argenti pro eorũ liberacione .i. Macha .xiij.

De hoſpitalitate.

Braham angelos celebriter recepit hoſpicio et q peregrinis neceſſaria videbãt fecit parari. Geneſis .xviij.

Loth ãgelos trãſeuntes homines putãs obnixe ad hoſpiciũ inuitauit ⁊ neceſſaria miniſtrauit et cõtra inuaſores ut potuit defendit. Geneſis .xix

Labã fuit abrahe cũ filio ſuo venienti gratãter hoſpicio ſuſcepit vñ dixit preparaui domũ et hoſpiciũ camelis, Ingredẽ cur foris ſtas. Geneſ .xxiiij.

Precẽ magna iethro peregrinũ hoſpicio ſuſcepit. Exodi .ij. Et poſtea ipſe et filij eius ⁊ nepotes eius honorifice p ipſm magnificati fuerũt Moyſes. Deutro .x. dixit deus amat peregrinũ et dat ei victũ et veſtitũ ergo et vos peregrinos amate quia ⁊ vos aduene fuiſtis in terra egipti.

Helyas q mulieris filium apud quẽ hoſpitabat a morte ſuſcitauit .iij. Regum .xvij.

Idẽ habetur in legenda de ſancto germano epiſcopo qui poſt cenã iuſſit ut oſſa ſuper pellem ante matrem ipſi vituli ponant quo facto vitulus ſurgit et comedit.

De humilitate

Mulieri ſunamiti filiū non habenti
heliſeus apud eam hoſpitatur et ei
filium impetrabat ⁊ a morte ſuſcita
bat iiij. Regū. iiij.

Bonus hoſpitalari9 erat iob qui
dixit foris nō māſit peregrin9 oſtiū
meū viatori patuit. Job. xxxi.

Ambulās p mundum ihesus xp̄s
nō habuit vbi caput ſuū reclinaret.
Mathei. viij.

Marthā vero ſpiritualē hoſpitiū
legit habuiſſe. Luce. x.

Cū ſaluator miſit diſcipulos ad
p̄dicādū in illis ſcip̄m recipi aſſerit.
Mathei. x. et. Luce. x.

Dicēs q̄ vos recipit me recipit q̄
vos audit me audit q̄ vos ſpernit
me ſpernit. zacheus xp̄m gaudens
hoſpicio recepit ⁊ xp̄us cum magis
gaudere fecit dicēs. Hodie huic do
mui ſalus fcā eſt. Luce. xix.

Exēplo duorū diſcipulorū q̄ dn̄m
in ſpecie peregrini ſecū ad hoſpicium
venire coegerūt patʒ ſm gregoriū q
p̄egrini nō ſolū vocādi ſʒ eciā cōpellē
di ſūt ire ad hoſpiciū. Luce. xxiiij.

Apoſtoli m̄ltū hoſpitabāt ī domi
b9 artificū ⁊ hoīm mediocrū vn̄ legi
tur de petro. Actuū. viij.

Hic hoſpitat apud ſymonē quē
dā coriariū.

Item paulus. Actuum. xviij. q
ipſe manebat apud aquilam et priſ
cillam qui artifices quidā erant.
obnixe et inſtanter deprecata eſt lid
da purpurea paulum et ſocios ei9
vt manerent in domo eius vn̄. Actu
um. xv. dicitur. Coegit nos inter
cetera ad que ſpecialiter inducit pau
lus hebreos. Ad hebreos. xiij.

Hoſpitalitatē nolite obliuiſci per
hanc quidā homines angelis placue
rūt hoſpicio receptis.

De humilitate.

Humilitatis cōmēdacio patet
ex hoc q dixit angel9 ad a
gar. Geneſis. xvi. Reuertere
ad dn̄aʒ tuā ⁊ humiliare ſb manu illi9

Huīliter loq̄bat abrahā dicēs lo
q̄r ad dn̄ʒ cū ſim puluis ⁊ cinis.
Geneſis. xviij.

Quīq̄es excuſauit ſe moyſes ātq̄
q vellet ducatū populi recipere nec
acq̄euit donec ducatum intellexit.
Exodi. iij. et iiij.

Gedeon āgelo ſibi dicēte vade in
hac fortitudīe tua liberab̄ filios tuos
iſrl̄ reſpōdit ecce familia īfirma eſt
in manaſſe ⁊ ego mīm9 ſum in domo
pr̄is. Judicū. vi.

Filij effrai iurgātes cū gedeonē
fugati fuerūt p ei9 manſuetudīnē et
huilē reſpōſionē. Judicū. viij.

Huīlitatē p̄tēdebat ſaul ī ope et
ſermōe ātequā ī regē eēt vnctus ſciʒ
qñ q̄rebat aſinas pr̄is ſui ⁊ qñ excu
ſabat ſe apd̄ ſamuelē domi ſe abſcō
derat dū eligēs erat Regū. ix. ⁊. x.

Et poſtea dcm̄ ē ei Regū. xv.
Nōne cū puus eēs fcūs es caput in
tribub9 iſrl̄.

Dauid licʒ p ſamuelē vnct9 eēt in
regē tn̄ de mandato patris victuali
a fratrib9 portabat exiſtētib9 ī plio
i. Regū. xvij.

Item dauid humiliauit ſe coraʒ
ſaul quando debuit fieri gener ei9
i. Regū. xviij.

Item coram ſeruo ſuo ſemey filio
audiens q malediceret ei. ſecundo.
Regū. xvi.